

39. Quid? quod in usitatum prædicationem nullibi repetas, ni si in simple ac propriâ sive usitatâ singularum vocum significatione, quam, si ad improprietatem aliquam, & figuratum sensum inflectas: illic in usitati modi rationem in prædicatione omnem sustuleris.

40. Exemplum rem illustremus. Prædicatio illa, quâ Deus de homine, homo de Deo prædicatur regularis non est, id quod per se manifestum: Relinquitur ergo eam esse vel figuratam, vel singularem, sive ut Theologi loquuntur, Inusitatam. Atqui figurata non est. Nam tropus inesset vel particula (Hominis): & sic in Manichaorum castra fieret transitus: vel vice (Dei): & sic Arianorum confirmaretur impietas: vel denique Enunciationis copula: qua ratione Eutychianis subscriberetur. Supereft ergo, prædicationem istam, retentâ etiam singularum vocum propriâ ac nativâ significacione, rectè statui singularem sive Inusitatam.

41. Inest his, quæ hactenus disputavimus, maximum ad dirimendas nostri seculi Controversias compendium: quo destitutis vix ullum aliud superest præsidium, quo adversariorum tricas & nodos dissolvere queant.

Materia
Sacramen-
torum.

42. Ceterum ut ad Sacramentorum natu-
ram proprius explicandam redeamus, diximus
supra, Quodvis Sacramentum tamen Veteris quam

Nov